

NOTITIA
V T R A Q V E
D I G N I T A T V M
C V M O R I E N T I S.
T V M O C C I D E N T I S V L T R A
Arcadij, Honorijque Tempora.

Et in eam

GVIDI PANCIROLI I. V. C. Præstantiss. ac in Celeberrimo
Patauino Gymnasio Interpretis Legum Primarij,
COMMENTARIVM.

In quo Ciuios Militaresque Magistratus, ac Palatinæ dignitates, cum omnium officijs
explicantur: plurimq; iuriū sensus, atq; aliorum Auctorum loca illustrantur.

A D SERENISS. CAROLVM EMANVELEM
SABAVDIAE DVCEM.

Item de MAGISTRATIBVS MUNICIPALIBVS
eiusdem Auctoris Liber,

A D SEREN. RAINVTIVM FARNE SIVM Parma &c. Ducem.
Cum duplo Indice, uno capitum, altero insignium rerum copiosissimo.

C V M P R I V I L E G I O.

Num. 26. cmo. &

Num. 10.



VENETIIS. M. D. XCIII.

Apud Franciscum de Francis Senensem.

COLL. SOC. IESV SALM. EX DONO REGVM.



S E R E N I S S I M O
C A R O L O E M A N V E L I
S A B A V D I A E D U C I,
E T S V B A L P I N O R V M
Principi Amplissimo.



MAGNA mihi semper admiratione visa sunt digna in re bellica Romanorum ingenia, Serenissime Princeps, qua miram in instruendis aciebus artem, eligendis ad castram et tandem locis, utque disponendis castris prudentiam, explorandisq; hostium consilijs industriam, ac demique in omnibus superandis difficultatibus animum, atque incredibilem soleritiam ostenderunt, in aptandis testudinibus, ac vineis, erigendis turribus, atque arictibus, aliisq; immumeris tormentorum generibus* parem diligentiam exhibuerunt, quibus magnam orbis terrarum partem subegerunt. Sed cum sapientiam insueor, qua tot moribus, & linguis diffonas sub imperio gentes prudenter rexerunt, & partas opes, ac regna contra imminentes, & futuras procellas munierunt, & gravi iudicio cuncta disposuerunt, non minorem hinc laudem mihi videntur promereri. Quemadmodum enim feruentes aqua semper ebulliunt, nec vase queunt contineri, sic tot populorum astuanta ingenia difficillimum fuit cobibere: sed quia in demandis, eadem in continendis quoque in officio gentibus, & clariore etiam virtus emicuit, quod & Poeta Romanorum proprium esse his versibus significauit.

Tu regere imperio populos Romane memento,
Hæ tibi erunt artes, paciū; imponere morem.

• O I T A T E A R Y
IN NOTITIAM DIGNITATVM
VTRIVSQUE ROMANI IMPERII.

P R A E F A T T O.

M N I V M , quod multis ab hinc seculis in lucem prodierunt operum , speciosissima & pretiosissima est D I G N I T A T U M VTRIVSQUE ROMANI IMPERII NOTITIA , in qua illius opes , preciosia , magistrares , ornamenta , vires , ac deniq; tota eius temporis Principij magnitudo contineuntur . Ipsi autem luculentam quidem in fronte tantum retum cognitionem promittens , ingens apud omnes sui desiderium excitat : sed in recessi recondita & obscura paucis se agnoscendam exhibet . Cum vero nullus etiam eius certus auctor appareat , sunt qui non minus de ipsis veritate dubiter , quam illius scientia habendae animatum defonderant . Hie enim ignota ostenduntur insignia , que non vere , sed false imagines , & ad oblectandum ab aliquibus excogitatae credi possunt : varia præterea militum symbola , velut ex animi impetu inuenta nulli significare , aut si quem forte mysticum larcinemque sensum oculant , inexplicabilia in fructuosaq; enigmata existimantur . Idem de notis quoniam codicium ergo inscriptis suscipiantur , quæ omniam obscuritatem Oe dipos interpretes desiderant . Multa deinde innotitia magistratum nomina ad libidinem efficit , aut si quia veritate nituntur , tanquam incognita & inania relinquauntur . Quis enim , inquit , consulares nullo consulari functos pro rectoribus prouinciarum , qui plures hic recensentur , apud Jureconsultos , aliosq; auctores legit ? Quis magistros militum in præsenti , comites domesticorum & protectorum , legiones comitatenses & pseudocomitatenses unquam nominari audiuist ? Inter magistratum officia , priuicipes , cornicularios , numerarios , ab actis , singularios , & alia huiusmodi insueta nomina intellexit ? Hec & similia , que in hac Notitia occurunt , non parum eius fidei detrahunt , nec paucos ab eius lectio-

ne auertunt . Sed qui Romani Imperij prouincias , ac magistratus , miro ordine hic digestos diligenter inspicerit , & cum his , qui in iure Ciuii explicantur , studiose contulerit , hoc opus non suppositum , aut fictum , sed verum legitimamq; deprehender , & pro magno antiquitatis monumento , ac pretioso thesauro conseruabit . Nihil enim ferè hic reperitur , culus ius nostrum non meminerit , in quo non solù dignitates hic recitatæ referuntur .^a Sed & eorum insignia à paucis animaduersa ponuntur .^b Symbola quoq; militum hic representata velut pugnantibus necessaria Vegetius commendat : sed & præsidum officia in Theodosij ac Iustiniani codicibus eodem ferme , quo in Notitia ordine disponuntur ,^c ut non modò de eius veritate nou sit hasitandum , sed pro magnia iuris & antiquitatis lumine sit habenda . Multarum enim legum hinc sensus pendunt ; multorum etiam auctorum , & historiographorum ignotos locos hic latuisse apparebit . Sed quia opus per se obscnum , alia illustrare nequit , ipsum prius elucidandum fuit . quod cum res cœca alraq; caligine mersas contineat , nullus adhuc facere curauit . Cum vero Serenissimus Sabaudie Dux de hoc mecum aliquando contulisset , tandem iussit , ut aliquod in id commentarium ederem : Ego ingenio & doctrina me alijs longè inferiore agnoscens , tanti onoris prouinciam tentare non audebam . Res enim ardua est , inquit Plinius , suetustis nouitatem dare , nouis auctoritatib; obsoletis nitorem , obscuris lucem , fastiditis gratiam , dubijs fidem . Tandem Excelli Principis , cui proutibus obtemperare cupiebam , mandatis repugnare non ausus , parendum esse censui . Itaq; Dittino fretus præsidio , profundi huius Fluminis vadis exploratis , verticulis fluctibus me commisi ; difficilisque hunc nodum Gordianum non cruce recidendum , sed magna arte & industria explicandum , aliqua ratione soluere sum aggressus . in quo si defecero obtemperandi necessitate excusabor , qua coactus A. Albinij exemplo culpam de-

a titu. C. de off. pref. p. 1. Offic. vii. ad dñm. C. de rei milit. coen. & aliis. b. s. C. de off. terti. prouinc. 1. 4. C. de dñm. 1. 11. C. de dignitatib; 5. ultim. Nosella 24. 4. ult. Nosella 26. s. r. Nosella 27. & alijs in la- tia. c. lib. 3. c. 18. d. in rubr. C. de numerar. adiutor. adiuvans. & ex-cepçor. & Lult. C. de apparetibus præf. prætor. du- hei. C. de vobear. principib; corni- cular. Lult. C. de coen. off. e. in prefatione max. histol.

F. Gelli. lib. 2. c. 8.

A precari,

GVIDI PANCIROLI
COMMENTARIORVM.
IN NOTITIAM VTRANQVE
IMPERII ROMANI.
LIBER SECUNDVS.

*In quo Dignitates & Administrationes, tam Civiles quam Militares
in partibus Occidentis exactè declarantur.*

Cui adiectus etiam est eiusdem Autoris libellus de Magistratis Municipalibus.



VENETIIS, M. D. XCIII.
Apud Franciscum de Francisci Senensem.

DE
MAGISTRATIBVS
MVNICIPALIBVS.

Et corporibus artificum

LIBELLVS.

EODEM PRAESTANTISSIMO
IVRECONSVLTO.

GVIDO PANCIROLO AVCTORE.

AD SERENISSIMVM PARMAE,
& Placentiae Principem

RAINVCIVM FARNESEIVM.



VENETIIS,

Apud Franciscum de Franciscis Senensem. 1593.